

## nocturna

fo vi

pter quid irritauit impius deum : dixit enim in corde suo non requireret. **V**ides quomodo tu laborem et dolorem consideras : ut tradas eos in manus tuas.

**T**ibi derelictus est pauper : orphano tu eris adiutor. **C**ontere brachium peccatoris et maligni : queretur peccatum illius et non inuenietur. **D**ominus regnabit in eternum et in seculum seculi : peribitis gentes de terra illius. **D**esiderium pauperum exaudiuit dominus : preparationem cordis eorum audiuit auris tua. **J**udicare pupillo et humili : ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

**I**n dño confido : quomodo dicitis aie mee transmigra in montem sicut passer. **Q**ui ecce peccatores intenderunt arcum. parauerunt sagittas suas in pharetra : ut sagittent in obscuro rectos corde. **Q**ui que perfecisti destruxerunt : iustus autem quid fecit. **D**ñs in templo sacro suo : dñs in celo sedes eius. **O**culi eius in pauperem respiciunt : palpebre eius interrogant filios hominum. **D**ominus interrogat iustum